



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Petrus Martinez Episcopus Iaponiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

honoravit, & fleuit. Morbi,
& mortis causa ex illius ore
haberi nunquam potuit, sed
ex illo, quem dixi, conuerso.
Sacrificales vestes, in eius ca-
dauere post annos triginta
quatuor translato, repertæ
penitus incorruptæ.

P. Ludonicus Gouernans.

Cocini, & Coulani diu
parvulorum magister. postea
per magna suscepta itinera
excelso animo pro Euange-
lio multa tulit, fecitque, mul-
tis Christo adiunctis; eoque
Ethnicis odio fuit: propina-
toque ab ijs veneno, vt mul-
ti affirmant, enectus est.

*P. Petrus Martinez Episcopus
Iaponia.*

Cum Rege Sebastiano in
Africam profectus, illo istic
amisso, à barbaris in seruitu-
te non vnâ multa perpeffus,
nau-

*Lusitanus,
vel Indus.
Cocini
18. Febr.
1584.
ætat. 58.
Soc 3^a.*

*Lusitanus.
in Mala-
censi mari
18. Febr.
1598.*

naufragio superstes, anno
 demum 1592. Pontificis ius-
 su, Præpositi Generalis mo-
 nitu, Iaponiæ Antistes crea-
 tus, & consecratus, Nanga-
 sachum anno 1596. appulsus
 est; & sua istic Pastoris mu-
 nia executus, Paulum, Ioan-
 nem, ac Iacobum, Sanctos il-
 los Societatis postea Mar-
 tyres, aliosque permultos,
 Sacramento confirmavit; ea-
 dem etiam alibi exercens, &
 elemosynis victitans inter
 Euangelij labores, inter ti-
 morem ac spem. Tum tem-
 pestate in Christianos à ty-
 ranno concitatâ in exilium,
 relegatus, ærumnis nauiga-
 tionis confectus est. Ca-
 daver Malacam deportatum
 18. Febr. 1598. Vir fuit heroi-
 cæ, ac Apostolicæ planè for-
 titudinis laude inclytus;
 nec

Fides.

n
 q
 d

 re
 co
 in
 &
 ua
 ar
 ui
 &
 re
 in
 cu
 po
 qu
 ill
 lo
 qu
 do
 at
 xi

nec animi demissione minor
quàm eminens Ecclesiasticâ
dignitate ..

P. Arnoldus Boecop.

Hic locupletis domus hē-
res vnicus, in Batauica (quod
certè mirère) Academia,
integram & fidei Catholicę,
& virginitatis laudem ser-
uauit; postea Societatem
amplexus. Medicus affirma-
uit; illum veneno interne-
tum: quippe tentus in itine-
re ab hæreticis, & coniectus
in carcerem, cùm nihil esset
cuius causâ plecti posset,
porrectum illi venenum est
quod ille hausit ignarus: &
illud breuè se prodidit Co-
loniæ; eumque miris per
quinque menses patientiæ
documentis illustrem lentæ
atque acerbæ morti addi-
xit.

Belga.

Coloniæ.

19. Febr.

1622.

etat. 38.

Soc. 14.

Fides ..

Cur-